


ORSZÁGOS CÉLCÍM

MÓDMUNKA

GYÜJTINGYŰS

Nemecz József tér

8201



SCHEMATISMUS
SACRI CANDIDI ET EXEMPTI
ORDINIS
PRAEMONSTRATENSIS
CANONICORUM REGULARIUM
PRAEPOSITURAE
S. JOANNIS BAPTISTAE
DE CASTRO JÁSZOV,
EIDENQUE REGIA AUCTORITATE UNITARUM
S. CRUCIS DE LELESZ,
ET
S. STEPHANI PROTO-MARTYRIS
DE PROMONTORIO MAGNO-VARADINENSI
pro Anno
A CHRISTO NATO
1836.

IV. 1759

K1.7.28

LEUTSCHOVIAE,
Typis Joannis Werthmüller, C. R. pr. Typogr.

KÖOS SZEMLENYI KÖNYVTAR
MÖEMLÉK KÖNYVTARA
GYÜNGYÖS
Nemecz József tér 11
3201

3201

SUB GUBERNIO
ILLUSTRISSIMI, REVERENDISSIMI
AC AMPLISSIMI
DOMINI DOMINI
A LO Y S I I R I C H T E R,

Sacri, Candidi ac Exempti Ordinis
Praemonstratensis Canonicorum Regularium

P R A E L A T I ,

Ecclesiarum S. Joannis Bapt. de Castro Jászov,
S. Crucis de Lelesz, et S. Stephani de Promon-
torio Magno - Varadinensi

J. C. ea Reg. Ap. Maj: Consilia
SS. Theologiae Doctoris, Facultatis Theologicae in Alma
Universitate Pesthana Commembri, S. Sedis Con-
sistorialis Cassoviensis, et compl. II. Cottuum. Tab.
Jud. Assessoris.

BREVIS
NOTITIA HISTORICA

Praepositurae S. Joannis Baptistae de Castro
JÁSZOV.

Praeposituram Jászoviensem Belae IV. Regis, ut ipse in Diplomate suo loquitur, antecessores Reges Hungariae, Sacro et Canonico Ordini Praemonstratensi cum late patentibus tenutis, larga benignitate et in perenne contulerunt. Quinam reipsa e priscis Hungar. Regibus fundatores fuerint, ob defectum literalium Documentorum doceri nequit. Nam pro comperto est Anno 1241. vel 42. per gentem Tartarorum devastata citeriore Hungaria, Jászoviam quoque igni, ferroque proculuisse, testis est Bela IV. in suo diplomate „1255. quo redux ex Dalmatia, et in Castro Torna commorans, ad querulosam Alberti Praepositi instantiam, Praeposituralem Ecclesiam in omnibus suis tenutis restabilivit, et distinctis limitibus totam Praepositurae Substantiam disternavit. — Fratris sui Colomanni Haliciae Ducis pinam liberalitatem, pro reaedificatione exusti Monasterii factam, nec non Donationem ejus super terris Pochym et Poche, Moneykeldi, Nyesta, Pereche, et Jeche, novo consensu innovavit.

Confirmavit item Collationem Isaaci de genere Aba - Regis, super Villa Mihluk dicta. Denique de sua liberalitate terras Noe, Saul, et Endre vocatas adjecit. Collectas populorum Monasterii (fortasse tributum) ratione Regum exigi solitas, usibus Monasterii addicit, subditos fundationales a Jurisdictione Comitum, vel Vice-Comitum eximos fecit, ita, ut Juri eorum stare non tenerentur; si gravioris criminis rei essent damnandi, absolventique potestate, uni Praeposito eatenus reicta.

Archivum publicum coaevum ipsi Ecclesiae Praepositurali, multas peraeque cum Monasterio, variasque subivit vicissitudines. — Jam primo aevo publicum, ac privatum Tabularium, ingenti posteriorum damno, combustum fuisse, in ardentis fornacis furore, inquit Bela IV. Rex Hungariae, in supra fato Diplomate. — Restabilitum fuit ab eodem Rege, et quemadmodum procedram per plures vicinos Comitatus obtinuit, ita trium saeculorum spatio, adeo auctum fuit, ut Conventus ejus vix alteri in Regno fuerit secundus. — Sub medium saec. 15 maxima evenere Archivo detrimenta. Nam, ut contra latrocinia Bohemorum, superiorem Hungariam infestantium, securior esset Jaszovia, eam Blasius Magyar de Beritha pro se occupavit, moenibus cinxit, et sedecim annis intra viscera Monasterii dominatum exercuit circa Annum 1476.

In hac iniqna Jaszovii circumstantia, securitati prospecturi boni Patriae cives, Archivum ad

loca tuta, et praesidia firmiora traduxere; at omni periculo praecaveri non potuit. Quod ex facto Michaelis Literati Gobis de Kérch Jurati dictae Ecclesiae Jászoviens. Notarii claret; qui confectis sibi sub sigillo Conventus quibusdam Litteris Fassionalibus, et statutoriis, quarum vigore, possessionem ipsius Ecclesiae de Jászov, Kérch vocatam, atque in Comitatu Aba-Ujvár. existentem, pro seipso et fratribus suis, per Regium et ipsius Conventus homines (non utique Religiosos) in derogamen, et jacturam ipsius Ecclesiae fraudulenter statui facere procuravit Anno 1492.

Qualis postea evaserit Status publici Tabularii Jászoviens., patet e Decreto Ferdinandi I. Imp. et Regis Anno 1550. in quo per Art. 63. cautum, provisumque fuit: „ ut Nobiles, qui pro Litteris, vel executione obtinendis ad Conventum de Jászo proficiscuntur, depositis armis, unus, aut alter ordine intromittatur; tempore autem passionis per plures facienda, vel Juramenti depositione maneat foris hoc tempore periculoso. „ Demum:“ ut Capitulum Agriense, usque Varadinum, Transylvaniam, et Polonię, idque ob miram Religiosorum paucitatem executiones peragat. „ Nam adnotante ad eundem Art. 63. Joanne Szegedy e S.J. Jurisperito in rubricis ad Jus Hung. part. 2. „vel in ipso Conventu Jászoviensi, olim frequente, ac copioso et Archivo Regnicolarum Nobili, jam interdum, vix unus Religiosus reperiebatur.

Adversis his temporibus, Tabularium publicum procurabant homines Laici, dicti Requisitores Literarum, et Literalium Instrumentorum; ab hoc munere non sunt exclusi Lutherani, Calvinianique, qui piscabantur, tam in Jászoviensi, quam Lelesziensi Conventibus, usque ad Annum 1613. quo auctoritate Comitiorum lato Art. 3. cautum fuit, ut Capitulum Agriense sede sua per Turcam depulsum, in Jászov Residentiam accipiat, executionesque legales in Districtu ipsius ex praefato loco peragat. Quas equidem, ut eo fide dignius peragere possit, novum ea auctoritate et occasione sigillum accepit, sed non diu gavisum est Capitulum Agriense nova statione. Anno quippe 1619. Gabriel Bethlen Transylvaniae Princeps, Hungariam cum exercitu intravit, Cassovia occupata, Georgius Szétsi, Bethlenianarum copiarum Ductor, valida suorum manu accinctus, vicinam Jászoviam subita invasione oppressit, direpto Oppido, furorem in Sacerdotum Agriensium Domicia effudit, Subinde decrevit Bethlen: Bellum continuandum in Ferdinandum, et Tabularium Jászov. cum Scepsiensi, Agriensi et Lelesziensi, hominibus profanis committendum — Restitutis dein saeculo 18. ad avitas sedes Praemonstratensis bus refloruit Archivum publicum Jászoviense, miro accepto incremento. Quod Anno 1787 clementi jussu Augusti Josephi II. primum sub curam et Custodiam Regni acceptum, dein V. Capitulo Agriensi traditum, tandem 1802. Augustissimi Imp. et Regis Hungariae Francisci I. Clementia

Originariis manibus resignatum, pro maxima utilitate, et commodo Regnicolarum, Jaszoviae fidelissime custoditur.

Post fatalem genti Hungarae cladem ad Mohacs, Praeposituram Jászov. varii viri illustres, e statu tam Ecclesiastico quam Civili tenuerunt. Et quidem ultimo Praeposito Regulari Georgio Ollasyma (Ollyas) 1552 fatis functo, primus e Clero saeculari Collatione Regia Ferdinandi vi- duatam Praeposito, Jászoviensem Praeposituram emeruit 1553. Georgius Draskovits, insignem sui memoriam Jaszoviae relinquens. Nam ad princi- pium sacrae suaे Prefecture egit sagacissime, ut gratia Ferdinandi Regis fundatio altaristica, facta Anno 1519 a Joanne Tornallya, in hono- rem S. Annae, cum assignatione medii pagi Jászo-Újfalu, nomine Regio confirmaretur, in qua etiam nemine contradicente statutus fuit 1554. — Sub Georgio Lippay Praeposito, serius Archi-E- piscopo Strigoniensi, Emericus Losy Episcopus Agriensis Jaszoviae quietam habitationem nactus, Synodum Dioecesanum Anno 1635 celebravit. An- no dein 1678. Ferdinandus Comes Pálffy ab Erdöd Eppus. Agriensis, et una Praepositus Jászovi- ensis, hanc suam Praeposituram, quam praedato- rum manus insedit, socio Comite Leslao arma- tum militem trahente in pristinam libertatem as- seruit, veteri decori restituit, atque ut iniquita- tem perditissimorum temporum impediret, popu- loque suaे ditionis Praeposituralis tutamen quod-

piam procuraret, Literas Protectionales impetrare debuit; sed quietem omnimodam habere non potuit. Anno enim 1985. Tököli insessa per suos Jászovia, et occupatis universis Praepositurae bonis, Dominium Jászo suum Fiscale esse bonum Cassoviae prouinciavit anno eodem 1685. At Georgius Fenesy ab Augusto Leopoldo I. Episcopus Agriensis designatus, obtinuit una immunem a Tököllo Praeposituram Jászoviensem, cuius Dominium adeundo, Castrum Jászo combustum, ac pene solo aequatum, expensis non solum dictae Praepositurae, verum etiam ex Episcopatu erutis, restauravit, et Ecclesiam Praeposituralem e fundamentis eduxit, pro noreque saeculi, quo vixit, ornavit. Anno 1697. die 26. Januarii, Leopoldus I. Imperator Francisco de Schönlingen Ord. Praemonstratensis in Austria inferiore Praelato Pernecensi, contulit Praeposituras, Jászoviensem et Lelesziensem, ut easdem post decessum actuallium Possessorum apprehendat. Georgius Fenesy ultimus ex Ecclesiasticis possedit, utque Ordo Praemonstratensium, in veteres sedes jure postliminii reponeretur, praecipius Auctor fuit. Tandem meritis et annis gratis Jászoviae mortem invenit anno 1699. die 4. Martii, sepultus in Ecclesia Joannea suae Praepositurae.

Interea die 27. Martii anno eodem, installatus fuit Rajmundus de Blöden, Crd. Praem. Plenipotentiarius et Administrator Hemetziensis Can. Reg. professus Pernecensis. Huid Camerali Installatio-

ni Demetrius Bersény Canonicus Agriensis nomine totius Ven. Cleri Regni Hungariae contradixit coram I. Consistorio Camerali „solemnissime“ die eodem: sed responsum ei fuit e Jure Civili Regul. 83. „non videntur rem amittere, quibus propria nunquam fuit. Sequentे Anno 1700. die 25. Junii Canonia Lucensis Moravorum, Praeposituram cum novo consensu, et cum patenti Regio Privilegio, recepit a Praepositura Pernecensi. Haec se nimium in recuperatione Praepositurarum Hungaricarum alieno aere oneravit. Ut itaque, et finem intentum Restabilitionis Praemonstratensis Ordinis in Hungaria obtineret, et semet etiam ab onere alienarum pecuniarum liberaret, quemadmodum Csornensem Praeposituram Gradicensi, erga certam pecuniarum summam; ita Jaszoviensem Lucensi cessit. Hoc situ rerum Luca Jaszoviam Administratores mittebantur, Praeposituraeque Hungaricae Bohemorum Circariae inscriptae sunt. Anno 1707. id triste Jaszoviae accidit, ut a Rebelle Francisco Rákótz ad Comitia Onodinum provocarentur Conventuales, qui vi armata coacti Kakasium e gremio et nominibus suis miserunt. Ablegatio isthaec, licet e metu vicini hostis acciderit, magnam novo Conventui conflavit invidiam, maculamque immanem adussit. In poenam praesumpti ausus Anno 1709 die 18. Decemb. a Cardinali Christiano Augusto Archi-Episcopo Strigoniensi, cum caeteris Rákótzio adhaerentibus excommunicati sunt. — Quae deinde calamitates Conventui evenerint, facile

conjectatu est P. Nicolaus in temporalibus aequem, ac Spiritualibus Administrator crudelem in sua persona sustinuit persecutionem, qui ni celeri fuga necem effugisset, trucidandus erat ad pontem Jászoviensem. Sed innocuus facile notam coram throno Regio diluit, et veniam promptam a Josepho I. Augusto sua innocentia promeruit. Speciali praeterea a servata Regi fidelitate, elogio ornatus, demum in primum post restitutionem Jasoviae Praelatum Anno 1710. electus.

Primorum quatuor Praepositorum industria in id incumbebat, ut Templis nitor, bonis prudens oeconomia, Monasterio sufficientes Religiosi redderentur; sed quintus a restitutione Andreas Sauberer, unus pro omnibus fuit, qui tanta Jasoviae fecit, ut pro altero fundatore haberetur. Obiit idem Anno 1779. 30. Novembris. Ei successit Gerardus Csák, quo 1786 mortuo, electio Praeposti Decreto aulico vetita, et 1787. Prapositura haec auctoritate Josephi II. Imper. abolita est.

Illuxit tandem ter faustus Ordini Praemonstrensi Annus 1802. quo, die 12. Martii clementissimi Imperatoris et Regis Francisci I. Diplomate in integrum restitutus est. Primus e superstibus adhuc Praemonstratensibus, clementer nominatus est Praepositus Andreas Zasio AA. LL. Philosophiae et SS. Theologiae Doctor et Studii Biblici olim in Universitate Hungarica Professor publicus, edito etiam Libro Hermeneuticae clausus. Eodem Diplomate concessa Conventui tres e

gremio suo Augustae Majestati praesentandi candidatos potestate, Jus Praelatum nominandi sibi reservavit. Insuper credidit S. Ordini Juventutis institutionem in quatuor Gymnasiis, curam duorum Archivorum Regnicolarium, curam animarum in bonis fundationalibus, Gubernium Convictuum Nobilis pubis et Studia Philosophica in duabus Academiis Regiis. Andreae Zasio 1816. die 30. Novemb. mortuo, successit Maximilianus Bernáth, huic vero 1829. die 8. Febr. in aeternitatem evocato, suffectus est nominatione Caesareo Regia Anno 1830. die 2. Januarii Aloysius Richter, SS. Theologiae Doctor, in Conventu Jászoviensi olim Theologiae Professor, Sede Ordinis vacante Praeses, subinde Prior, postea Regii Convictus Nobilium Cassoviensis Regens, A. Gymnasii Director, denique R. Academiae Pro-Director, et V. Consistorii A. Dioecesis Cassoviensis, Assessor.

1.

**VENERABILIS CONVENTUS
DE CASTRO JÁSZOV.**

A. R. ac Ex. D. Andreas Berzeviczy de Eadem, Prior et Magister Novitior. item Juris Ecclesiastici Doctor, plur. II. CC. Tab. Jud. Assessor, Lector, et Jur. Convent.

— — — Norbertus L. B. Fischer de Bacsko, et Nagy - Szalatna, Sub-Prior, plur. II. Cottuum. Tab. Jud. Assessor, Cantor, et Juratus Convent.

— — — Fridericus Sloszárík, Circator, SS. Theologiae Profess. et Jur. Conv.

— — — Gregorius Valló.

— — — Ludovicus Szkalnik.

— — — Ludolphus Beness.

— — — Joannes Nep. Lányi.

— — — Josephus Zavatzky, Concionator et Suae Illustritatis Praelati Caeremoniarius.

— — — Mauritius Gots, AA. LL. et Philosophiae Doctor, ac SS. Theologiae Professor, nec non Jur. Conv.

CLERUS REGULARIS JUNIOR

et quidem:

*In Archi - Episcopali Seminario
Agriensi,*

Theologi III. Ann*i.*

R. D. Gerardus Virosztek.

— — Leonardus Stockinger.

In Generali Seminario Pesthiensi,

Theologi I. Ann*i.*

R. D. Rudolphus Kádas.

— — Victor Kaczvinszky.

In V. Conventu Jászoviensi,

Theologi I. Ann*i.*

R. D. Urbanus Fedák.

— — Valentinus Soltész.¹

— — Florianus Répássy.

— — Adamus Dvortsak.

— — Laurentius Fleschár.

— — Nicodemus Szalantz.

— — Paulus Benkovits.

— — Petrus Konrady.

— — Romualdus Góts.

— — Josephus Répássy.

— — Maximil. Kosvitzky.

— — Carolus Pantso.

— — Marc. Kováts de Horth.

— — Gabriel Képes.

una Novi-

} tii Anno

3-tio.

}

una Novi-

} tii Anno

2-do.

2.

**AULA REGULARIS SUAE ILLU-
STRITATIS PRAELATI ET PRAEPOSITI.**

- A. R. ac Ex. D. Philippus Palles, Cassae Centralis
Praefectus, Custos, et Jur. Conv.
— — — Casparus Nyulászy, Bonorum Prae-
positurae de Castro Jászo Inspect.
et Jur. Convent.
— — — Ferdinandus Harnyák, Domus In-
specto et Jur. Convent.
-

3.

ARCHIVUM REGNICOLARE.

- Jurati Conventuales iidem qui supra.
- Sp. D. Paulus Fedák, ad Tabularium publicum
Regnicolare S. Joan. Bapt. de Castro
Jászov. Jurat. Ord. Notarius.
- Perill. D. Joannes Nepom. Zsimek, ad Archivum
Regnicolare S. Joann. Bapt. de Castro
Jászov Archivarius.
- Philippus Figlarovits, Archivi Regnicolaris
Cursor.
-

Spect. D. Nicolaus Marzso, V. Praepositurae S.
Joannis Bapt. de Castro Jászov Fisca-
lis, per I. Regnum Hungar. Fori utri-
usque Jurat. Advocatus, nec non plur.
II. CC. Tab. Jud. Assessor.

Sp. ac Cl. D. Joannes Bapt. Hutha, V. Praepositu-
rae S. Joannis Bapt. de Castro Jászov
Ordinarius Medicus, Medicinae Doctor,
Artis Obstetriciae Magister, et I. C.
Aba-Ujvár. honorarius Physicus.

BREVIS

NOTITIA HISTORICA

V. Praepositurae Sanctae Crucis de
LELESZ.

Lelesz olim praedium ad Castrum Zemlyin adtinens, hodie oppidum; quod Bela II. Rex Boleslao, postea Episcopo Vaciensi, cum oppidis Király-Helmetz et Nagy-Kapos, item Possessionibus: Polyán, Chernó, Kis-Kapos, Sislocz, Lakárh, Trask, Viszoka, Zaloka, Vajdaeska, Kanyar, nec non portionibus in Batt et Agárd; „quando eum de sacro Baptismatis fonte levavit“ inquit Diploma, dono dedit. Boleslaus

vero, qua Episcopus Vaciensis illud contulit Ordini Praemonstratensi, privilegio aurea Bulla Bellae III. Reg. insignito; ubi postea Ecclesiam S. Crucis a Cataprano Agriensi Episcopo consecratam cum Monasterio erexit. Quia vero privilegium hoc, ab Emerico Rege direptum fuerat; ad preces dicti Boleslai Anno 1214. Andreas II. Rex innovavit et insuper dimidium praedii Mikusa, juxta Varadinum siti, memoratae Ecclesiae largitus est, ob rem divinam, illic a duobus Sacerdotibus pro anima Reginae Gertrudis, consortis suae, a Simone Bano interemptae, cuius corporis pars in eadem Ecclesia Lelesz est tumulata, perpetuo faciendam.

Leleszinum a primo fundationis suae aevo, rapacitati et invidiae aliorum expositum, cum variis hungaricis familiis, vel ad manutenenda, vel revindicanda bona agendum habuit. Anno 1302. negotium facessivit familia Ruke de Lonya circa possessionem Zaloka dictam. Anno 1403. Mathias et Emericus de Palócz, qui non adexspectata patrui sui Dominici de Palócz Praepositi Lelesziensis sepultura, noctis silentio, armatis manibus, in Conventum irruentes, octo millia aureorum ex sacristia Ecclesiae, sui juris fecerunt, et Religiosos pro defensione thesauri Ecclesiae semet opposentes, humi raptatos, ad mortem verberibus affecerunt, Hoc funesto facto Helmetz oppidum etiam ad Palóczios transiit. In quo subseque Georgii senioris Rákótz Principis Tran-

sylviae Conjux Susanna Lórandfi deliciosa nacta est habitationem. Nec minus molesti evaserunt Nobiles de Chycher, quibus Nicolaus primus Praepositus Lelesziensis, usum fructum Possessionis Kis - Kapos concesserat ad tempus, et beneplacitum suum, successoris sui, et Conventus ejatis. Quam cum Stanislaus, Nicolai in Praepositura successor repeteret, vitae Praepositi insidias struere, medio Bohemorum in illis partibus latrocinantium haud exhorruerint anno 1442. — Varias dein facessiverunt molestias Dobones de Ruszka anno circiter 1490. Franciscus Bebek cum filio suo Georgio 1555. Item Petrus Perényi cum filiis Gabriele, Francisco, Georgio, ac tota cum familia, Ecclesiarum Lelesziensis, et utriusque Kapos, Calices, Cruces, ac caeteram supellectilem argenteam abstulit, Altaria et Tabulas confregit, pavimentum Ecclesiae subvertit, quam ut totam cultui sacro inneptam redderet, etiam testa dejici mandavit. Detinuit Perényi Praeposituram tribus annis per quos, Conventus de Lelesz ad judiciarias executiones inter fideles Regiae Majestati progredi non potuit.

Leleszinum quos habuit bonorum depopulatores, illi una fuerunt etiam depraedatores Archivi tam publici, nulli in Regno Hungariae secundi, quam privati. In classe utraque primi occurrunt in Historia Lelesz. Mathias et Emericus de Palócz, qui A. 1403. ipsum originale fundationis Diploma ab Andrea II. collatum abstulerunt. Archivum tam do-

mesticum, quam regnicolare diripuerunt. Literalia Instrumenta, pro volupe suo, inter socios dispescentes, condonantes. — Joannes secundus, qui Praeposituram ab anno 1526. usque annum 1547. tenuit, gratia Ferdinandi Regis impetravit, ut pro majori securitate publici Tabularii, Conventum muris et vallis circumcingere, adinstarque alterius praesidii Conventus communiri possit. Jam tum dictus Praepositus Fratres candidos tam paucos numeravit, ut ad functiones Conventuales obeundas Presbyteri saeculares assumi debuerint. Causa hujus legitur in Art. 31. anni 1567. Hinc Conventus Lelesziensis medio fere saeculo e personis Ecclesiasticis consistebat, donec ferocia Stephano Botskaianorum e Conventu ejecti, et a custodia publici Tabularii amoti fuissent; in quorum vicem subierunt viri nobiles, Notarius et Scribae vigore Articulorum in Sze-rentsiensi Diaeta 17. April. anno 1605. conclusorum. Decreta haec comitiali assensu suo firmavit Botskay Cassoviae die 20. Maji anno eodem. — Anno 1610. Ladislaus Hadardy e statu Ecclesiastico Praepositus, e manibus saecularium recepit Archivum regnicolare, coram Cottu. Zempliniensi, sub suo deinceps, et Conventus hujus nomine expeditiones facturus. At vero 1619. iterum viris saecularibus sub nomine „Requisitorum“ concreditum est. Sub Annum 1655. videtur Conventus Leleszinus iterum e personis Ecclesiasticis conflatus fuisse. Nam eodem anno Franciscus Somogyi Praepositus ejus, a Ferdinandō III. im-

petravit, ut sigillum Conventuale, usu et diuturnitate attritum renovaretur.

Abolito per Josephum II. Imp. Conventu Lelesziensi, et bonis ejus fundo religionario addictis, acta etiam archivalia, et Protocolla, in cistas compta, anno 1788. die 11. Junii Budam pro securitate abvecta sunt. Restituto clementer per clementissimum Imp. et Regem Franciscum I. Canonico Ordine Praemonstratensi, Instrumenta Literaria, una cum suis Protocollis fidei rursus curae et custodiae 1802. Praemonstratensibus consignata fuere.

Quamquam autem Praepositura Lelesziensis fundatorem colat Episcopum, Jus Patronatus tamen in eam Reges Hungariae ita sibi proprium fecerunt, ut interdum ab ipsis exerceretur, interdum etiam aliis pro meritorum remuneratione conferrent. Reversum videtur Jus Patronatus in hanc Ecclesiam de Lelesz ad curiam Regiam, sed eo se Ladislaus I. in literis, quae habentur apud Georg. Pray in spec. Hyer. Hun. P. I. pag. 35 abdicat. Nec appetet in tota Praepositurae Lelesziensis Historia exemplum, quo viderentur usi fuisse in electione, institutione que Praepositorum moderati Donatarii. Post cladem Mohatsianam legimus anno 1561. supplicem Libellum porrexisse ad Thronum Regium Nobiles de Bachka, de Szürte, de Chapi, de Polyánka, et de Eren, non tam petentes quam sibi arrogantes Jus Patronatus in Ecclesiam Leleszien-

sem quam tamen jam sequioribus temporibus,
Religiosis vacuam, soli duntaxat Reges nostri
conferre solebant.

Sesqui fere saeculo extores Leleszino Praemonstratenses feliciter reduxit Franciscus a Schöllingen Praepositus Pernecensis, qui redempto primum erga pretium 18000 florenorum Oppido Király-Helmetz anno 1697. a Francisco secundo Rákótsy; ad quem post Palóczios, medio Susannaे Lorandfi devolutum fuit. Annis post duobus agere coepit cum postremo Praeposito Augustino Benkovits Episcopo M. Varadinensi, obtinuitque a viro moderatissimo cessionem Praepositurae, et jurum suorum in eam anno 1699. consentiente, juxta ac applaudente Leopoldo Augusto. Sed Pernecensis Praepositura infirmior erat, quam, quae Lelesziana Jura, undequaque involuta sustentare, bona ab alienata revindicare, ac denique hiantia aedificia reparare possit, cessit eam Canoniae Vratislaviensi ad S. Vincentium in Silesia; haec iterum ob difficillimam ad tantam distantiam provisionem, resignavit Abbatiae Lucensi onus inhaerens in se assumenti, utrobiique consentiente Leopoldo Augusto. Hujus auctoritate anno 1700. die 25. Junii, Abbas Lucensis Carolus, in Praeposituram Lelesziensem introductus, et solemniter installatus est. Nihil postea non egit prudentissimus Abbas, quo Leleszinum ad pristinum statum reponeretur. Per Administratores Praeposituram administrare coepit;

sed votis Regnicolarum satisfacturus, anno 1710. Carolum Franciscum Tahy nobilem hungarum Cibiniensem, professum Lucensem, votis omnium electum, primum Jure postliminii Leleszio Praepositum dedit. Lecti sunt postea superiores Leleszienses e Conventu Lucensi, sub quorum providentia, postquam aedificia reparata, Ecclesiae nitor redditus, Archivum Regnicolare, novo, concinnoque Ordine compositum, toti Zempliniensi Provinciae pro decore, et utilitate evasisset, placuit Suae Majestati Caesareo Regiae Josepho II. Anno 1787. die 16. Octobris, sub praetenso Fundi Religionis titulo, oeconomiam alio convertere, observantiam Regularem removere, Archivum denique publicum e gremio Comitatus alio dislocare. Sed triste hoc factum Religioni Praemonstratensi, et cum eo toti provinciae Zempliniensi, convertit in gaudium Augustissimus Imperator et Rex Franciscus I. anno 1802. Ordini Praemostratensi Praeposituram Lelesziensem novitus donando, et Tabularium publicum fidelitati ejus committendo.

4.

VENERABILIS CONVENTUS S. CRUCIS DE LELESZ.

A. R. ac Ex. D. Nicolaus Ormes, Conventus Superior, Bonorum Praepositurae S. Crucis de Lelesz Praefectus, plur. II. Cottum. Tab. Jud. Assess. Lector et Jur. Convent.

— — — Hermanus Vádász, Bonorum Praepositurae S. Crucis de Lelesz Vice-Praefectus, Cantor, et Jur. Conv.
— — — Franciscus Parlaghy Jurat. Conv.
— — — Joannes Franko.

5.

ARCHIVUM REGNICKOLARE.

Jurati Conventuales iidem qui supra.

Sp. D. Ignatius Novak, per I. Regnum Hung. Fori utriusque Jur. Advocatus, ad Archivum Regnicolare Conventus S. Cru-

cis de Lelesz Jurat. Ord. Notarius,
nec non plur. II. Cottum. Tab. Judr.
Assess.

Perill. D. Martinus Zsarnay de Ead. ad Tabularium Regnicolare Convent. S. Crucis de Lelesz Archivarius, et I. Cottus. Aba-Újváriensis honorarius Jurassor.

Spect. D. Joannes Eperiessy per I. Regnum Hung. Fori utriusque Jurat. Advocatus, V. Praepositurae S. Crucis de Lelesz Fiscalis, nec non plur. II. Cottum. Tab. Jud. Assessor.

BREVIS

NOTITIA HISTORICA

Praepositurae S. Stephani Proto-Martyris de Promontorio M. Varadinensi.

Haec Praepositura Origine, et fundatione prima fuit in Regno Hungariae. Fundatorem colit Stephanum II. Regem, qui cum e continuis morbis, mortem sibi iamiam vicinam adverteret, opera pietatis geminavit, ac primum in Hungaria Monasterium Praemonstratensibus excitavit ad M. Varadinum. Primam sacram coloniam ipse divus Norbertus ex originario suo Monasterio Praemonstratensi in Varadinense submisit, quae, quemadmodum sui Instituti, et rigoris primi tenacissima; ita Regum

Procerumque Hungariae animos inflamavit, ut subsequis temporibus, videamus Praemonstraten-sium Monasteria, ad quadragesimum numerum assurrexisse.

Praepositura haec, extra Civitatem M. Varadinensem, in colle vini ferace, laetissimam-que planitiem aspectante fundata; ob aedificiorum structuras, bonorum amplitudinem, Jurisdictionis praerogativas, Tabularii publici custodiam, pro principali in tota circaria Hungarica habebatur. Tam liberaliter vero dotata exstitit a Regio suo Fundatore, ut vix videatur fundationi accessio facta, praeter unam terram „Vetys“ vocatam, quam Chrystophorus comes filius Georgii eidem addidit.

Anno 1390. floruit Sylvester Praepositus, qui contra facta Episcopi Varadinensis, ejusque capituli, in Conventu Jászoviensi 1396. protestatus est. Protestationem hanc frustraneam fuisse, argumento est, quod jam anno 1410. bona Prae-positurae, partim desolata, partim abalienata, Joannes 23. Pontifex, Stiborio de Stiborich, tunc infulae Agriensi admoto, in mandatis dederit, ut Eidem Praepositurae M. Varadinensi restituere satagat. Valentinus vero Episcopus, cum Nicolao Episcopo Sebasteno, et Praeposito majori Varadinensi, Uladislaum II. Regem, eo perduxerunt, ut accedente consensu Alexandri 6. Papae, Prae-posituram hanc cum omnibus bonis contulerit Or-

dini Carthusianorum anno 1494. At, num Carthusiani Monasterium adierint, honorumque possessionem capessiverint, nulla docent documenta certa.

Gliscientibus dein in dies malis, successit horibile bellum Turicum, quo robur militiae, flos nobilitatis, Praesules Ecclesiarum cum Rege una dimicatione, succisa sunt, et extincta. Hinc infinitae in universum Sacerdotium manavere calamitates, quibus etiam involuta fuit Praepositura S. Stephani, cuius postmodum integro fere saeculo honorem tutabatur collatio Regia, secundum quam, plures e V. statu Cleri saecularis, titulum et honorem Praeposituralis dignitatis gesserunt. Sub finem saeculi 17. cum titulo quospidam ejusdem Praepositurae fructus colligebat Andreas Berzevitzky Canonicus Scoposiensis, quod appareat ex memoriali R-mi quondam Francisci Schönlingen, Ord. Praem. Ecclesiae Perneczensis Abbatis, ad commissionem Regiam porrecto, quo rogabat, post mortem Andreae Berzeviczy Praeposituram S. Stephani de Promontorio M. Varadinensi, Ordini suo conferri. Obtinuit etiam Praeposituram hanc; quam ille cum duabus Praeposituris Jászo, et Lelesz transtulit in Abbatiam Lucensem cum consensu regio anno 1711. cui insignem etiam conciliavit praerogativam, de qua Cl. Kaprinay S. J. ita scribit Hung. dipl. P. 2. pag. 220. „Abbates Lucenses nunc obtinent Praeposituram S. Stephani de Promontorio Varadinensi

si, ubi sanctissimus Praemonstratensium Ordo, temporibus Stephani II. Regis ex ipso Praemonstrato excitus, primam in Hungaria sedem fixit; ac id circa Abbates Conventus hujus vicarii tota Hungaria generalis dignitate sunt potiti; quam etiam nunc retinent Abbates Lucenses, eeu dictae Praepositurae S. Stephani possessores; gaudentque jure Comitiorum, ac Suffragii, inter Praelatos et Proceres Hungariae connumerati. Idem legere est Art. 73. anni 1715. Procurabant Praeposituram Varadinensem DD. Luccenses Abbates per sic dictos Administratores, sacri Ordinis viros religiosos professos. Ultimus administrabat Stephanus Szenczy Candidi hujus Ordinis Canonicus coepitque aedificium a fundamentis novum assurgere in praedio S. Martini ad thermas, mansitque vetus locus suis ruinis consepultus. Sed nec Praepositura haec effugit oculos Augusti Josephi II. qui anno 1787. universa ejusdem bona, pro sua in Religionem pietate, fundo Religionario addixit. Angustissimus vero Imperator et Rex Apostolicus Franciscus I. aequitatis et justitiae amantissimus, quod proprium erat Praemonstratensibus clementer restituendo, Praepositurae S. Joannis Bapt. de Castro Jászov, authoritate sua Regia Praeposituram S. Stephani de Promontorio M. Varadinensi conjunxit.

6.

**IN V. CONVENTU S. STEPHANI
PROTO-MARTYR. DE PROMONTORIO M.
VARADINENSI.**

A. R. ac Ex. D. Jacobus Koritsnyak, V. Praepositi-
turae S. Stephani de Promontorio
M. Varadinensi Bonorum Admin.

7.

REM SCHOLASTICAM
publicae procurantes
et quidem:

In Districtu Literario Cassoviensi

Cassoviae:

A. R. ac Ex. D. Joannes Kruppay, Superior Domus,
Regii Convictus Nobilium Regens,
Archi-Gymnasi Loc. Director, AA.
LL. et Philosophiae Doctor, nec
non I. Cottus. Aba-Újvár. Assess.

A. R. ac Ex. D. Hieronymus Schilla, AA. LL. et
Philosophiae Doctor, in Reg. Scientiarum Academia Cassov. Phisic.
et Oecon. Prof. P. O. nec non pl.
II. Cottuum. Tab. Jud. Assessor.

— — — Antonius Szidor, AA. LL. et Phi-
losophiae Doctor¹, in R. Scientiar.
Academia Matheseos purae et ap-
plicatae Prof. P. O. nec non plur.
II. Cottuum. Tab. Jud. Assessor.

— — — Joannes Dudas, II. Hum: Profes,
et Exhortator Archi-Gymnas.

— — — Venceslaus Kohauth, I. Humanit.
Prof. et I. Cottus. Tornensis Tab.
Jud. Assessor.

— — — Thadaeus Szemmer, IV. Gramm.
Prof.

— — — Godefridus Krauz, AA. LL. et
Philosophiae Doctor, et III. Gr.
Professor.

— — — Stephanus Kováts II. Gram. Prof.
— — — Ladislaus Kádas I. Gram. Prof.

PRAEFECTUS CAMARADARUM.

in R. Convictu Nobilium Cassoviensi :

A. R. ac Ex. D. Balthasarus Hollossy.

8.

Leutschoviae:

- A. R. ac Ex. D. Ladislaus Lehoczky, de Király-Lehotta, Regii Majoris Gymnas. Loc. Director, Superior Domus, Regius Libror. Revisor. et plur. II. Cottuum. Tab. Jud. Assessor.
- — — Alexander Kosztyik, II. Humanit. Prof. et Exhortat. Gymn. nec non II. CC. Sáros. et Scepus. Tab. Jud. Assessor.
- — — Stephanus Ladomérszky de Ead. I. Hum. Prof. et plur. II. Cottuum. Tab. Jud. Assessor.
- — — Michael Pongratz, IV. Gr. Prof. et I. C. Scepus. Tab. Jud. Assess.
- — — Ambrosius Pyrker, III. Gram. Pr. et I. C. Scepus. Tab. Jud. Assessor.
- — — Alexius Hubtsik, II. Gram. Prof.
- — — Eugenius Fabó, I. Gram. Prof.

9.

Rosnaviae:

- — — Michael Bányay, R. Majoris Gymnasii Rosnaviensis Loc. Director,

Superior Domus, et Regius Librorum Revisor, nec non plur. II. CC.
Tab. Jud. Assessor.

A. R. ac Ex. D. Maximilianus Szepessy, II. Hum.
Prof. et Exhortator Gymnasii.

— — — Franciscus Csercser, I. Humanit.
Prof.

— — — Georgius Tako, IV. Gram. Prof.

— — — Eduardus Vidasits, III. Gram. Pr.

— — — Gilbertus Soltész, II. Gram. Prof.

— — — Mathaeus Szétsey, I. Gram. Prof.

20.

IN DISTRICTU LITERARIO MAGNO-VARADIENSI.

M. Varadini:

- A. R. ac Ex. D. Antonius Cservenitz, Reg. Archi
Gymnasii Loc. Director, Superior
Domus, et Incl. Cottus. Bihariens.
Tab. Jud. Assessor.
- — — Siardus Morvay, II. Hum. Prof.
et Exhortator Gymn.
- — — Emericus Vertsik, I. Hum. Prof.
- — — Michael Vavro, IV. Gram. Prof.
- — — Barnardus Martinyi, AA. LL. et
Philosophiae Doctor, et III. Gram.
Profess. nec non Incl. Cottus. Sá-
rosiens. Tab. Jud. Assess.
- — — Joannes Romantsik, II. Gram. Prof.
- — — Mathias Blasko, I. Gram. Prof.

22.

CURAE ANIMARUM VACANT
et
quidem:

IN ALMA DIOECESI
ROSNAVIENSI.

IN ARCHI DIACONATU TORNENSI, ET JÁSZÖVIENSI, V. DISTRICTU V. A. DIACONALI JÁSZÖVIENSI, COMITATUSABA-ÚJVÁR.

JÁSZO Oppidum. Parochia antiqua exstitit ante annum 1255. Ecclesia ad Sanct. Michaelem Archangel.

Jus Patronatus, vigore Diplomatis Belae IV. Regis Hungar. de anno 1255. exercet Praepositus Jászoviensis.

Parochus: Philippus Csoltko, SS. Theologiae Doctor, plur. II. Cottuum. Tab. Jud. Assess. et Jurat. Convent.

FELSŐ - METZENZÉV Oppidum. Parochia antiqua. Ecclesia ad S. Mariam Magd.
Patronus Praepositura Jászoviensis.

Parochus: Aloysius Pichler, AA. LL. et
Philosophiae Doctor.

JÁSZO - MINDSZENT. Parochia antiqua iam
anno 1506. exstitit. Ecclesia sub titulo OO.
Sanctorum.

Patronus Praepositura Jászoviensis.

Parochus: Franciscus Sales. Pauer, Ven.
Districtus Jászoyiensis V. A. Diaconus, complur.
Inclytor. Cottuum. Tab. Jud. Assessor, et Jurat.
Convent.

RUDNOK. Parochia anno 1773. erecta. Ecclesia
ad S. Georgium Martyrem militem.

Patronus Praepositura Jászoviensis.

Parochus: Leopoldus Hudak, plur. II. CC.
Tab. Jud. Assessor.

JÁSZO - DEBRÖD. Parochia antiqua iam anno
1434. exstitit. Ecclesia nova erecta 1834. ad
SS. Apost. Petrum et Paulum.

Patronus Praepositura Jászoviensis.

Parochus: Stephanus Tóth, SS. Theolo-
giae Baccalaureus, et Jur. Convent.

12.

**IN ALMA DIOECESI
CASSOVIENSI,**

**ARCHI DIACONATU CATHEDRALI, ET V.
A. DIACONATU SZIKSZOVIENSI IN CO-
MITATU ABA - ÚJVÁR.**

FELSÓ - NOVAJ. Parochia 1783. erecta. — Ecclesia sub titulo SS. Nominis Mariae anni 1791.

Patronus Praepositura Jászoviensis,

Parochus: Evermodus Spuller.

NYÉSTA. Parochia anno 1760. erecta, Ecclesia ad B. V. Mariam Annunciatam.

Patronus Praepositura Jászoviensis.

**Parochus: Adalbertus Szarvasy, I. Cottus.
Aba - Újváriensis Tab. Jud. Assessor.**

13.

IN ARCHI DIACONATU
et
COMITATU ZEMPLINIENSI.

IN V. ARCHI - DIACONALI DISTRICTU INSU-
LANO.

KIRÁLY - HELMETZ Oppidum. Parochia vi-
guit anno 1333. restaurata 1757. Ecclesia ad
S. Spiritum.

Patronus Praepositura Lelesziensis.

Parochus: Ignatius Musinszky, compl. II.
Cottuum. Tab. Jud. Assess. et Capital. Scholae
Vernaculae Loc. Director.

LELESZ Oppidum. Parochia circa annum 1142.
erecta. Ecclesia eadem, quae Praepositura-
lis S. Crucis.

Patronus Praepositura Lelesziensis.

Parochus: Stephanus Verbőtzy, plur. II.
Cottuum. Tab. Jud. Assessor, Capit. Scholae ver-
nac. Local. Director, et Jur. Convent.

14.

**IN ALMA DIOECESI
SZATMARIENSI
COMITATU UNGHENSI.**

KIS - KPOS Oppidum. Parochia antiqua, reae-
dificata 1815. Ecclesia ad SS. Simonem et
Judam, novitus erecta 1816.

Patronus Praepositura S. Crucis de Lelesz.

Parochus: Benedictus Dudits,

15.

**IN ALMA DIOECESI
M. VARADINENSI.**

**IN ARCHI - DIACONATU CATHEDRALI, ET
V. DISTRICTU V. A. DIACONALI CHRY-
SIANO COMITATU BIHARIENSI.**

PETZE - SZENT - MÁRTON, alias Felix. Paro-
chia viguit anno 1216. Desiit anno 1566. Re-

stituta 1784. Ecclesia nova erecta 1835. ad
S. Stephanum Proto-Martyrem.

Patronus Praepositus ipse S. Stephani de Pro-
montorio M. Varadinensi.

Administrator Parochiae: Vincentius
Popadits, Jurat. Conv. Archivi Regnicolaris S.
Crucis de Lelesz.

IN DISTRICTU V. ARCHI - DIACONALI
DE ÉRMELLYÉKE
COMITATU BIHARIENSI.

ASZSZONY - VÁSÁRA, olim Forum Dominae,
Parochia viguit anno 1552. Restabilita anno
1784. Ecclesia B. Virginis Mariae ad coe-
los assumptae.

Patronus Praepositura S. Stephani Proto-
Martyris de Promontorio M. Varadinensi.

Parochus: Dominicus Bentsik, AA. LL.
et Philosophiae Doctor.

INDEX PERSONARUM

DE NOMINE ET COGNOMINE ORDINE SENIORATUS, CUM DESIGNATIONE ANNI NATIVITATIS ET SUSCEPTI PRESBYTERATUS.

A. R. ac Ex. D.	Nicolaus Ormoss	Na-tus	Ord. Pres.
—	Franciscus Parlaghy	1780	1805
—	Jacobus Koritsnyak	1779	1805
—	Leopoldus Hudak	1778	1804
—	Franciscus Pauer	1782	1804
—	Philippus Palles	1782	1807
—	Hermanus Vadász	1783	1808
—	Ignatius Músinzky	1779	1808
—	Stephanus Verbőtzy	1785	1809
—	Norbertus Fischer	1784	1808
—	Bernardus Martinyi	1781	1810
—	Benedictus Dudits	1782	1810
—	Gregorius Valló	1780	1809
—	Vincentius Popadits	1783	1809
—	Hieronymus Schilla	1787	1812
—	Ludovicus Szkalnik	1783	1808
—	Michael Bányay	1788	1812
—	Adalbertus Szarvasy	1783	1810
—	Ludolphus Beness	1781	1812
—	Ladislaus Lehoczky	1787	1812
+	Joannes Kruppay	1791	1815

INDEX

NOMINUM ET COGNOMINUM

Ordine Senioratus.

	Na-	Ord.
	tus.	Pres.
A. R. ac Ex. D. Evermodus Spuller	1789	1813
— — — — — Dominicus Bentsik	1787	1814
— — — — — Andreas Berzevitzy	1789	1813
— — — — — Ferdinandus Harnyak	1789	1814
— — — — — Antonius Szidor	1794	1819
— — — — — Joannes Lányi	1764	1789
— — — — — Fredericus Sloszárik	1792	1816
— — — — — Antonius Cservenitz	1792	1816
— — — — — Mathaeus Szécsey	1791	1815
— — — — — Alexander Kosztyik	1791	1815
— — — — — Thaddaeus Szommer	1789	1815
— — — — — Casparus Nyulászy	1792	1817
— — — — — Joannes Dudas	1792	1824
— — — — — Aloysius Pichler	1794	1822
— — — — — Philippus Csoltko	1802	1825
— — — — — Franciscus Csercser	1797	1824
— — — — — Emericus Vertsik	1796	1824
— — — — — Ladislaus Kádas	1799	1824
— — — — — Stephanus Tóth	1801	1825
— — — — — Joannes Franko	1801	1827
— — — — — Stephanus Ladomérszky	1801	1827
— — — — — Stephanus Kováts	1800	1828
— — — — — Joannes Romantsik	1800	1828
— — — — — Venceslaus Kohauth	1802	1827
— — — — — Michael Vavro	1802	1829
— — — — — Josephus Zavatzky	1804	1828
— — — — — Michael Pongratz	1800	1829
— — — — — Gilbertus Soltész	1800	1831
— — — — — Maximilianus Szepessy	1805	1831
— — — — — Godefridus Krauz	1805	1831
— — — — — Siardus Morvay	1806	1831
— — — — — Mathias Blasko	1807	1831
— — — — — Alexius Hubtsik	1805	1831
— — — — — Georgius Tako	1803	1833

INDEX

NOMINUM ET COGNOMINUM

Ordine Senioratus.

		Nat. tus.	Ord. Pres.
A. R. ac Ex. D.	Eugenius Fabo	1805	1833
— — —	Ambrosius Pyrker	1806	1833
— — —	Balthazar Hollossy	1806	1833
— — —	Mauritius Góts	1810	1833
— — —	Eduaruus Vidasits	1810	1834

Summa 60.

CLERICI.

	Nat.
R. D. Gerardus Virosztek	1809
— — Leonardus Stockinger	1814
— — Urbanus Fedák	1814
— — Valentinus Soltész	1815
— — Rudolphus Kádas	1816
— — Florianus Répássy	1814

Novitii Anno 3-тио.

— — Adamus Dvortsák	1815
— — Laurentius Fleschár	1815
— — Victor Kaczvinszky	1817
— — Nicodemus Szalántzy	1816

Novitii Anno 2-до.

— — Paulus Benkovits	1814
— — Petrus Konrády	1814
— — Romualdus Góts	1811
— — Josephus Répássy	1812
— — Maximilianus Kosvitzky	1814
— — Carolus Pantsó	1813
— — Marcus Kováts	1815
— — Gabriel Képes	1817

Summa 18.